



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Gabella.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10447

F E S T A.

Primò, Festum Visitationis beatæ Virginis quando fuit institutum, vide Bon. IX. Bull. 1. vide Illustrissimum Cardinalem Baronium in Martyrologio.

Secundò, de festo sanctissimi Corporis Christi, ejus celebratione, & indulgentiis, vide Mart. V. Bull. 6. quæ incipit, *Ineffabile*, & Eugen. IV. Bulla 4. quæ incipit, *Excellentissimum*.

Tertiò, an Episcopus possit inducere festa quæcunque voluerit populo servanda?

Respondetur, quòd si nova, vel vetera, quæ omissa fuerant, voluerit populo indicere, debet habere populum laudantem, id est, consensum illius, Navar. *conf. 6. num. 31. de constitut.* ita etiam de jejuniis, & ita ego consului in *Cons. provinciali Amalphan.*

G A B E L L A.

Clericus vendens bona, quæ faciunt in rebus suis, si vendit ea in territorio suo, non tenetur portorium, seu gabellas solvere, licet sint impositæ in eoterritorio juridicè: similiter si mittit ea dono extra territorium, non tenetur solvere gabellas, fallit si causa negotiationis, Nav. *conf. 4. nu. 3. de immunit. Eccles.*

* * *

* * *

G R Æ C I.

Primò, Græci subiecti sunt jurisdictioni Ordinariorum, in concernentibus Dei cultum, Sacramentorum administrationem, animarum salutem, & hæresum extirpationem. Pius IV. Bull. 97. quæ incipit, *Romanus*, de eorum unione cum Ecclesia Latina, vide Eugen. IV. Bull. 5. quæ incipit, *Letentur*; licentiam celebrandi datam ipsis Græcis revocavit Pius V. Bull. 17. quæ incipit, *Providentia*.

Secundò, Latini non possunt celebrare Græco ritu Missas, & alia divina officia, Pius V. Bull. 17. quæ incipit, *Providentia*, nec econtrà, id est Græci non possunt ritu Latino celebrare Missas, vel divina officia, Greg. XIII. Bull. 48. quæ incipit, *Apostolica*.

H O R Æ C A N O N I C Æ.

Episcopus potest etiam sub pena excommunicationis latae sententiæ præcipere clericis, ut adsint Horis Canonicis, in casu notabilis negligentiae, Host. in *sum. tit. de sent. exc. 9. quis valeat*.

H Æ R E T I C I.

Primò, Hæreticos inquisitos non potest Episcopus torquere, nec ad diffinitivam contra eos procedere, nisi consultatis Inquisitoribus, Nav. *conf. 1. de hæret. nu. 3.* & praxis est, fabricato processu informatorio, consulere Illu-

K 3

striffi.